



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Insvlensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

IN TEMPLO SOC. IESV.

*BOETII corpus quiescit hic EPONIS,
Animam respice, ô IESV, benigniter.*

EPITAPHIVM P. IOANNIS FOSSAB
iucundissimi Poetæ, quod sibi scripsit,
sed non positum.

*Hac sunt in fossa FOSSAE mirabilis ossa,
Qui sibi condendo versus cere comminuit brum.*



INSVLENSIA.

IN D. PETRI.

Reuereud. in Christo Patri Domino D. IO-
ANNI SIX, Philosophiæ ac Theologiæ
quõdam Louanij magna cum laude Profes-
sori, deinde in Parochiali Ecclesia D. Stephani bu-
ius oppidi aliquot annis Pastori vigilantiss. Iste
ob virtutem & merita ad Canonicatum Audome-
rensem assumpto; postea Reuer. D. GERARDI ab
HAMERICOVRT primi Episcopi Audomarope-
litani Vicario generali, ac tandem in Episcopatu
successori: dum hæc ad Synodum Prouincialem
fidei ac Religionis ergo proficisceretur, febre cor-
repto, ac in hoc opido, vbi vitæ acceperat initium,
IV. Id. Octob. anno M. D. LXXXVI. ætatis verò
suæ LIII. vitæ functo & è regione chori tumulato
IACOBVS VVILLART ex sorore Nepos, & hu-
ius Ecclesiæ Canonicus, Auunculo opt. de se meri-
to moestus POS. & quem viuens vnice coluit, eum
moriens voluit in tumulo habere socium.

IBIDEM.

Sub terra tumulo MICHAEL cognomine dictus

Rex cubat, & vermes putre cadaver alit:

In quo ceu sydus rutilabat regia virtus,

Regia mens, mores regij, & ingenium.

Nunc sua quid mirum mœstus sit undat Apollo

Pectora? si Musa, si Charites doleant?

Lugeat Amphion? moueat nullum Orphea plectrum?

Nec dolor admittat si ena modumq, Liui?

Delicia periêre sua, sua gaudia, amores.

Heu! qui semper erat viuere dignus, obit.

Ab! nimium duros obitus, heu! gloria clero

Quanta gemiscenti, quantus honorq, perit?

Lustra nouem vix Mysta sui compleuerat æui,

Frigidus effossa dum tumulatur humo.

Nascimur, & summã cuncti properamus ad horam,

Dura potest nemo frangere iura necis.

Surgat vt athereas de funere, Lector, in auras,

Sepè tua feriant sydera celsa preces.

EPITAPHIUM D. HELLINI DE LE

CROIX HVIVS ECCLESIAE

Canonici.

Vita hominis labor & dolor. Melior est mors

quàm vita amara, & requies æterna quàm languor

perseuerans. Ecclesiast. 30. Obijt II. Septemb. anno

M. D. LIV.

TORNACENSIA.

D. O. M. SACR.

kk